


VESPERÆ II. IN ASCENSIONE DOMINI

OFFICIUM IUXTA RITUM
ECCLESIAE COLONIENSIS




Duplex

Gerolitus Ammosaulicus
edidit


Bonnæ ad Rhenum - MMIV - Ædibus Palmarum

IN II. VESPERIS


Hebdomarius incipit magna cum solemnitate.




✠ De-us in adju-tó-ri-um me- um inténde. ☩ Dómine ad adju-



vándum me festí- na. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i



Sancto. Sic-ut e-rat in princípi-o, et nunc, et semper, et in



sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Al-le-lú-ja.

Antiphona ante Psalmum intonatur, postea integra cantatur.

Unica Antiphona
VIII. g 2



Umque * intu- e-réntur in cœlum e- úntem



il-lum, di-xé- runt, al-le-lú-ja.



Psalmodia modi octavi.

E U O U A E.

Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi feriales sequentes.

Psalmus 131

Meménto, Dómine, Da-
vid, * et omnis mansu-
etúdinis ejus:

Sicut jurávit Dómino, * vo-
tum vovit Deo Jacob:

Si introiero in tabernácu-

lum domus meæ, * si ascēdero in lectum strati mei:

Si dédero somnum óculis meis, * et pálpebris meis dormitiónem:

Et réquiem tempóribus meis: * donec invéniam locum Dómino, tabernáculum Deo Jacob.

Ecce, audívimus eam in Ephrata: * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: * adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, * tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iustítiam: * et sancti tui exsultent.

Propter David, servum tuum, * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam: * De fructu ventris tui

ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * et testimónia mea hæc, quæ docébo eos:

Et filii eórum usque in sæculum, * sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: * elégit eam in habitatióne sibi.

Hæc réquies mea in sæculum sæculi: * hic habitábo quóniam elégi eam.

Viduam ejus benedicens benedícam: * páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus induam salutári: * et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc producam cornu David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus induam confusióne: * super ipsum autem efflorébit sanctificatió mea.

Psalmus 132

Ecce, quam bonum et quam jucúndum, * habitáre fratres in unum:

Sicut unguéntum in cápite, * quod descéndit in barbam, barbam Aaron,

Quod descéndit in oram ve-

stiménti ejus: * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * et vitam usque in sæculum.

Psalmus 134

Laudáte nomen Dómini, *
Laudáte servi Dóminum.

Qui státis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: * psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, * Israël in possessionem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, * et Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque víluit, Dóminus fecit in cælo et in terra, * in mari et in ómnibus abýssis.

Edúcens nubes ab extrémis terræ: * fúlgura in plúviam fecit.

Qui producit ventos de thessáuris suis: * qui percussit primogénita Ægýpti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa et prodígia in médio tui Ægýpte: * in Pharaónem et in omnes servos ejus.

Qui percussit gentes multas: * et occídit reges fortes.

Sehon regem Amorrhæo-

rum, et Og regem Basan, * et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israël pópulo suo.

Dómine nomen tuum in ætérnum: * Dómine memoriále tuum in generatióem et generatióem.

Quia judicábit Dóminus pópulum suum: * et in servis suis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hómínium.

Os habent, et non loquéntur: * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudent: * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símilis illis fiant qui faciunt ea: * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël benedicite Dómino: * domus Aaron benedicite Dómino.

Domus Levi benedicite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedicite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Psalmus 135

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui facit mirabília magna solus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit cælos in intelléctu: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui firmávit terram super aquas: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui fecit luminária magna: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Solem in potestátem diéi: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Lunam, et stellas in potestátem noctis: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit Ægýptum cum primogénitis eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui edúxit Israel de médio eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

In manu poténti, et bráchio excélsa: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui divisit Mare Rubrum in divisiónes: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et edúxit Israel per médium ejus: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et excússit Pharaónem, et virtútem ejus in Mari Rubro: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui tradúxit pópulum suum per desértum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Qui percússit reges magnos: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et occídit reges fortes: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Sehon, regem Amorrhæórum: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et Og, regem Basan: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum hereditátem: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Hereditátem Israel, servo suo: * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Quia in humilitate nostra
memor fuit nostri: * quoniam
in aeternum misericordia
ejus.

Et redemit nos ab inimicis
nostris: * quoniam in aeternum
misericordia ejus.

Qui dat escam omni carni:

* quoniam in aeternum mise-
ricordia ejus.

Confitemini Deo caeli: *
quoniam in aeternum miseri-
cordia ejus.

Confitemini Domino domi-
norum: * quoniam in aeternum
misericordia ejus.

Psalmus 136

Super flumina Babylonis,
illic sedimus et flevimus:
* cum recordarumur Sion:

In salicibus in medio ejus, *
suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogaverunt
nos, * qui captivos duxerunt
nos, verba cantionum:

Et qui abduxerunt nos: *
Hymnum cantate nobis de
canticis Sion.

Quomodo cantabimus can-
ticum Domini * in terra ali-
ena?

Si oblitus fuero tui, Jerusa-
lem, * oblivioni detur dextera
mea.

Adhaereat lingua mea fauci-

bus meis, * si non meminero
tui:

Si non proposuero Jerusa-
lem, * in principio laetitiae
meae.

Memor esto, Domine, filio-
rum Edom, * in die Jerusa-
lem:

Qui dicunt: Exinanite, * ex-
inanite usque ad fundamen-
tum in ea.

Filia Babylonis misera: * be-
atus, qui retribuere tibi retri-
butionem tuam, quam retri-
buisti nobis.

Beatus, qui tenet, * et allidet
parvulos tuos ad petram.

Capitulum.

Viri Galilaei, quid statis
adspicientes in caelum?
Hic Jesus, qui assumptus est

Act. I, I.

a vobis in caelum, * sic veniet,
quem admodum vidistis
eum euntem in caelum.

In Ascensione Domini ad II Vesperas

Hymn.
VIII.

E

Estum nunc cé- lebre magna quæ gáudi- a com-

pél- lunt á-ni-mas cármina pró- me-re cum Christo só- li-

um scandit ad árdu-um cœ-lórum pi- us árbi-ter. 2. Con-

scéndit jú-bi-lans læ-tus ad æthe-ra sanctó-rum pópu-lus

prædi- cat ín-cli-tum cónci-nit pá- ri-ter an-gé- li-cus chorus

victó-ris bo-ni gló-ri- am. 3. Qui scandens súpe- ros víncu-

la vince-rat do-nans ter- rí-genis múne-ra plú- ri-ma di-

stríctus ré- di- ens ár- bi- ter ómni- um qui mi- tis mo- do

tránsi-tus. 4. O-rá-mus, Dómine Cóndi-tor íncli-te de-vó-

In Ascensione Domini ad II Vesperas



tos fámu-los réspi-ce pró- te-gens ne nos li- vor e-dax dá-
mo- nis ób-ru-at demérgat vel in ín-fe-ros. 5. Ut cum flam-
minoma nu-be re- vér-te-ris occúl- ta hóminem pánde-
re jú- dicans ne des supplí- ci- a hór- ri- da nó-xi- is sed
ju- stis bona pámi- a. 6. Præsta hoc Gé- ni- tor óptime má-
xime hoc tu na- te De- i et bone Spí- ri- tus regnans per-
pé- tu- o fúl- gi- da Trí- ni- tas per cunta pi- e sá- cu- la.

A-men.

✠ Dóminus in Sina in sancto, allelúja.

⌘ Ascéndit in altum, allelúja.

Magn.

II. d



Rex gló- ri- æ, * Dómi-ne vir-tú- tum, qui tri-



umphá-tor hó-di- e super o- mnes coelos as-cendí- sti,



ne de-re- línquas nos órpha- nos: sed mitte promíssum Pa-



tris in nos, Spí-ri-tum ve-ri-tá- tis, al-le- lú- ja.



Psalmodia festiva modi secundi.

E U O U A E.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luc. I. 46-55.

Magnificat * ánima mea
Dóminum:

Et exultávit spíritus meus *
in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem
ancillæ suæ: * ecce enim, ex
hoc beátam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui
potens est: * et sanctum no-
men ejus.

Et misericórdia ejus a pro-
génie in progénies * timénti-
bus eum.

Fecit poténtiam in bráchio
suo: * dispérsit supérbos
mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: *
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum su-
um, * recordátus misericór-
diæ suæ.

Sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham, et sémi-
ni ejus in sácula.

✠ Dóminus vobíscum.
✠ Et cum Spírítu tuo.

Oratio.

Concéde, quáesumus om- | ad coelos ascendísse crédimus,
nípotens Deus: * ut qui | ipsi quoque mente in coelé-
hodiérna die Unigénitum tu- | stibus habitémus. Per eún-
um Redemptórem nostrum | dem Dóminum.

Deinde ad Processionem ad Crucem cantatur Responsorium sequens.

Resp.

II.


Chrístus re-súr-gens* ex mór-tu- is, jam non
mó-ri-tur: mors il-li ul- tra non domi-nábi- tur: †
Quod e- nim vi- vit, vi- vit De- o, al- le-
lú-ja, al- le- lú- ja. *Versus a duobus Cantoribus prosequitur.*

✠ Di- cant nunc Judæ- i, quó- modo mí- li-tes custo-di-én-
tes se-púlchrum per-di-dé- runt Re-gem; ad lá-pi-dis posi-ti-
ó- nem: qua- re non servábant Pe- tram ju- stí- ti- æ!

In Ascensione Domini ad II Vesperas




Aut se-púl- tum reddant, aut re-surgéntem ad-ó- rent, nobís-



cum di- céntes: † Quod.

Deinde a duobus Cantoribus in medio Chori.



✠ Dí-ci-te in na-ti- ónibus, alle- lú-ja.

✠ Quia Dóminus regnávít a ligno, alle- lú-ja.


Celebrans sine Dóminus vobíscum, etc.

Orémus.

Gregem tuum, quásumus, | pretiósó sángine redemísti, *
Jesu pastor bone, placá- | diabólíca non sinas incursió-
tus inténde, ζ et oves, quas | ne lacerári. Qui cum Patre.

✠ Dóminus vobíscum.

✠ Et cum Spírítu tuo.



Ene-di-cámus Dó-mi-no, al-le- lú- ja.

✠ De-o grá-ti- as, al-le- lú- ja.

✠ Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

✠ Amen.

Dicitur secreta Pater noster, deinde clara voce.

✠ Dómine det suam pacem.
 ✠ Et vitam ætérnam. Amen.

Ant.
 VI.

E-gína cœ-li * lætá-re, alle- lú-ja:
 Qui- a quem me- ru- ísti por- tá-
 re, alle- lú-ja: Re-surré- xit, sicut di-xit, alle-
 lú-ja: O- ra pro no- bis De- um, alle- *
 ** lú- ja.

✠ Gaude et lætáre Virgo María, allelúja.
 ✠ Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Oratio.

Deus, qui per resurrecti-
 onem Fílii tui Dómini no-
 stri Jesu Christi mundum læ-
 tificáre dignátus es: ꝛ præsta,
 quæsumus; ut per ejus Geni-

trícem Virgínam Mariám, *
 perpétuæ capiámus gáudia vi-
 tæ. Per eúndem Christum
 Dóminum nostrum. ✠ Amen.

✠ Divínium auxiliúm manet semper nobiscum. ✠ Amen.